



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

Decretvm Pro Potamio Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

Matth. 14.
& 24.

ipse : *Vigilate & orate , ne intretis in tentationem : quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.*

ANNO
CHRISTI
656.

Luc. 12.

Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo : Moram facit dominus meus venire : & cæperit concutere conseruos suos , & ancillas ; manducet autem & bibat cum ebriis , veniet Dominus serui illius in die qua non sperat , & hora qua ignorat , & inutilem

Matth. 22.

seruum mittet in tenebras exteriores : ibi erit fletus , & stridor dentium. Si quis enim post hanc definitionem talia agere tentauerit , nouerit se extra ecclesiam fieri , & præsentis & futuro iudicio cum Iuda simili pœna percelli , dum modo Dominum denuo proditoris precio malunt ad iracundiam prouocare.

Opitulante miseratione diuina , & gloriosissimi Recesuinthi principis inhærente voluntate religiosa , his gestis decentissime alligatis , & in pace connexis , ex totis præcordiorum ^{* abditis} damus gloriam & honorem soli ^{* visceribus} æterno & immortalis Deo Patri , & Filio , & Spiritui sancto , cuius donum collatum nobis agnoscimus , pro eius ecclesiæ statu , & prompte gerere curam & ^{* posse} facri ^{* possessa} regiminis competentia disponere iura : a quo petimus & optamus , vt porrecta in longitudine felicium dierum sacratissimi principis vita , ^{* eam} & omni gloriarum decore ^{* eam} petim ^{* pollente} salute , nobis quoque tribuat susceptum ^{* pollere} ecclesiæ suæ regimen in æquitate disponere , in sollicitudine gubernare , & in pace tenere : vt post mundi huius ^{* suscepta} pericula peruenire possimus ad cælestia regna. Amen.

D E C R E T V M

P R O P O T A M I O E P I S C O P O .

ASSUMERE poteramus canoram in tantum fraternæ latitiæ tibiam , quia diuina pietas Conuentum nostrum ad concordia conuocauerat studia , & conuenerat

* mcc

ANNO
 CHRISTI
 656.

* abnue-
 re mœ-
 stitiam
 vitæ.

* Sed gra-
 uius col-
 lisi thre-
 nam

* cogni-
 tio recē-
 siuit.

* illico

* prouit-
 dit.

* vt si nō
 aut de se

* violenti-
 æ pro-
 uentu

* quod
 tanto fe-
 mineo
 forduif-
 fer ita-
 pro, &
 licet

* mœstítiam vitare, quoniam visitatione disciplinæ vide-
 bamur paternas regulas innouasse. * Sed grauius sistrum
 pro cymbalo sumimus, & funus pro carmine decan-
 tamus, gementesque cum Ieremiæ questibus dicimus:

Dissolutum est gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus no- Thren. 5.

ster. Vnde & vā coram nobis conspicimus, quoniam ceci-
 disse coronam capitis nostri videmus, dum tam nobile in
 infimum corruit, quod in tam sublime sanctitatis optimū
 stetit. Ecce etenim tractantibus nobis in pace Dei de ec-
 clesiasticis regulis, delatum est Conuentui nostro episto-
 lium confusæ confessionis, & abolendæ subscriptionis,
 quod Potamius Bracarenis ecclesiæ episcopus de factis

Potamius
 Bracarenis
 episcopus
 successit Lu-
 liano. sub-
 scribit in
 VIII. Toletano.

propriis suisque verbis annotarat & articulis: quo rese-
 rato, quid obliteranda pagina, & abolenda literarum pan-
 derent elementa, fletibus potius quam sermonibus la-
 crymosa * concio recensuit. Tunc solitarie tantum se-
 cretisque adunatis pontificibus Dei, prædictum episco-
 pum adesse coram nobis fecimus. Quem singultibus ag-
 gredientes amplius quam loquelis, referatam illi suæ de-
 formitatis & nostræ confusionis scripturam protulimus:
 quam accipiens, ac recurrens, sciscitantibus nobis, vtrum
 sui operis, & suæ annotationis intimatio esset; * ille suum
 actum, sui que oris eloquium, suorum quoque digito-
 rum esse robur asseruit, quod illic relegendo * peruidit.
 Rursum diuini nominis contestatione hunc adiurantes,
 obtestati sumus * vt, an de se sponte mendacium diceret,
 aut alicuius * violentia premeretur, & perterritus talia e-
 narraret, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce, lu-
 minibusque ploratu madentibus & fragore singultuum,
 cum vnus Dei nominis iuramento clamauit, se & vere
 eadem mala de se confiteri, & ad hæc confitenda nulla se
 violentia prægrauari. Vnde etiam ferme per nouem men-
 ses sponte deseruisse regimen ecclesiæ suæ, & ergastulo
 quodam, pro admissio flagitio acturus pœnitentiam, se
 conclusisse edixit. Tunc per fidelem confessionem eius,
 agnito * quod tactu femineo forduisset, & declarato,
 licet hunc paterna antiquitas sacris regulis deiicere ab
 honore decernat, nos tamen miserationis iura seruantes,
 non abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui
 criminis confessione iam tulerat; sed valida auctoritate

decreuimus, perpetuæ pœnitentiæ hunc inferuire officiis, & arumnis: prouidentes melius illum per asperam & *dumofam ire pœnitentiæ follicitudinem, vt quandoque perueniret ad refrigerii manfionem, quam relictum in voluntatis fuæ latitudine ad præcipitium deiici æterna damnatione. Tunc venerabilem Fructuofum ecclefiæ Du-
 *dumo-
 fam pœ-
 nitentiæ
 folitudi-
 nē quan-
 doque
 perueni-
 re
 ANNO
 CHRISTI
 656.

mienfis epifcopum communi omnium noftrum electio-
 ne conftituimus ecclefiæ Bracarenfis gubernacula conti-
 nere: ita vt omnem metropolim prouinciæ Gallœciæ,
 cunctosque epifcopos populosq; Conuentus ipfius, om-
 niumque curam animarum Bracarenfis ecclefiæ guber-
 nandam fufcipiens, ita componat atque conferuet, vt &
 Dominum noftrum de rectitudine operis fui glorificet,
 & nobis de incolumitate ecclefiæ eius gaudium præftet.
 Quia vero ad futura profpicere conuenit, ne exoriri pof-
 fit in ftatu pacis quædã commotio litis, patrum fententiã,
 quæ iam dictum Potamium epifcopum rectitudine dam-
 nat, huic decreto connectere noftra vigilantia procurat.

EX CONCILIO VALENTINO GALLIÆ,
 TITVLO QVARTO.

NEC illud, fratres, fcribere alienum ab ecclefiæ utili-
 tate cenfuimus, vt fciretis, quicumque fub ordina-
 tione, vel diaconatus, vel presbyterii, vel epifcopatus
 mortali crimine dixerint fe effe pollutos, a fupradictis
 ordinationibus fubmouendos; reos fcilicet, vel veri con-
 feffione, vel mendacio falfitatis. Neque enim abfolui po-
 teft * is qui in femetipfum dixerit, quod dictum in alios
 puniretur: quoniam omnis qui fibi fuerit mortis caufa,
 maior homicida fit.
 * in his, fi
 in feipfos
 edixerint

Multæ quidem & aliæ fententiæ huic poterant inne-
 di decreto, quæ prædictum Potamium epifcopum * fe-
 ueriffima auctoritate abiicere iubent. Sed ex omnibus
 hanc conſcriptam ponere fententiam maluimus: ne fi to-
 tius damnationis edicta replicaffemus, grauiſſimæ vltio-
 nis auctores exiftere videremur. Factum eſt decretum
 fub die Kalendarum Decembris, anno feliciter octauo
 regni glorioſiffimi domini noſtri Reccesuinthi regis.
 * grauiffi-
 ma

* Eugenius indignus Toletanæ fedis metropolitanus epifcopus
 hoc iudicii noſtri decretum ſubſcripſi.

Similiter & alii epifcopi ſubſcripferunt, numero viginti.

* Omnes
 facerdo-
 tes præ-
 dicti Cõ-
 cilii hoc
 ſtabiliter
 fanciui-
 mus.